

Epiſtola Dediſatoria.

Etifſima quæq; iſtituta Gygantæis conatibus debacchantur, ſic
Tva inuictissimæ pietatis, & ſingularis virtutis radijs fuerunt per-
ſtriſti, ſic à tuis moenibus prohibiti, vt te, fuerit tantum neceſſe,
audire, quæ alij in flamma, in ferro pertulerunt ab illis antiquæ fi-
dei noſtræ hoſtibus, qui niſi plus Tvos enſes, plus Tvos Clypeos,
quæm Petri claves, aut Christi ipſius crucem metuiffent, proh
Deum immortalem! quæm impunè, quæm eſfranatè ſauiffent,
quæm perfractè Diuina, humanaque iura perrupiſſent. Vnde ma-
iora in dies, quantumuis cæci terræ filij insaniant, fœlicitatis per-
petua bona auguramur. Sine SAPIENTIſſIME PRINCEPS in noſ-
trōs Clypeos aliqui ē ſublimi illa TVA mente deriuuent radij, qui-
bus inauentrent, quibus ſplendeant: Sic enim fiet, vt, cùm iam ſe
Roma, aliæque Nobiliores Italiæ Ciuitates ſe ſe noſtris logicis, &
Physicis ſcutis tegant, & illuſtrentur, iſti Clypei Methaphyſici Tvo
ſplendore emicantes, fiant, ſicut iam tuum nomen, toti Orbi Chri-
ſtiano, conſpicui: Sine inillorū laterculis Leo ille typica Gentili-
tij TVI ſcuti imago imprimatur: Non tantum, quia in amplio illius
Leonis ſcutarij capite TVAM CELSITVDINEM; in lucentibus eius
oculis, & palpebris, etiam dum dormit, apertis, TVAM Vigilan-
tiā: In ſolitaria eius vita, quæ ad ſuī deſectionem virtutum con-
ſortem non admittit, TVVM vni Deo affixum animum terrenæ vi-
tae contemptorem, Diuinę æmulatorem, & in fractam inter orbis
ruinas firmitatem: In tardo eius inceſſu, TVAM in deliberando, &
agendo maturitatem; in eoque à ſapientibus inter ſigna cæleſtia
adscripto, TVAM mentem ſupra nubes, ventos, pluuias, ludicra na-
turæ ludentis ſpectacula, immò ſuper Solis metas, & indeſeffos
ſyderum orbes, igneo curru, ad æternæ lucis originem conſurgen-
tem; & in omnibus Diuinam, humanaque maiestatem con-
templamur: ſed quia Leo cum cœlo, & Elementis id habet com-
mercijs, vt ſimul ac in regia Solis domo ab ipſo Sole ſplenduerit

*Nilus adēſt mundo, contrāque incenſa leonis
Ora, tumet, crancrāque ſuam torrente Syenem
Imploratus adēſt. inquit Lucan. l. 10.*

Sic enim exiſtimamus, dum Religionis noſtre reputamus origi-
nem, eam Nili, quo fœcundatur Ægyptus, fontibus non abſimi-
lem eſſe: latet illa, vt Nili fontes, in Dei horto, in depreſſa humili-
tate, latet in MINIMO puncto,

*& gentes maluit ortus
Mirari, quæm noſſe ſuos.*

Hanc tamen Sol Charitatis eam è ſuo recessu ad lucem euocauit,
vt ignes illos ferales retrogradi Lutheri, quorum nunc lugemus
incendia, mergeret ſuis sanctissimis iſtitutis; & ecce ſubitò in-
gens ille fluuius Italiam primò irrigare coepit, in Gallias exunda-
uit, in Germaniam protupit, Hispaniam fecundauit, in Indias ſibi